Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

manducauerit panem uel biberit calicem dni
indigne: reus erit corporis & sanguinis dni.
Probet autem se ipsum homo. & sic de pane illo edat
& de calice bibat. Qui enim manducat & bibit in
digne. iudicium sibi manducat et bibit. non di
iudicans corpus dni. Ideo inter uos multi infir
mi et imbecilles. et dormiunt multi. Quod si
nos metipsos diiudicaremus. non utique iudi
caremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur.
ut non cum hoc mundo damnemur. Iohm.
Ante diem festum pasche sciens ihc quia
uenit eius hora ut transeat ex hoc mun
do ad patrem. cum dilexisset suos qui erant in
mundo in finem dilexit eos. Et cena facta cum
diabolus iam misisset in cor ut traderet eum iu
das simonis scariothis. sciens quia omnia de
dit ei pater in manus. et quia ad eo exiuit
& ad deum uadit surgit a cena et ponit uestimen
ta sua. Et cum accepisset linteum. precinxit se.
Deinde misit aquam in pelui. & cepit lauare pe
des discipulorum. & extergere linteo quod erat